

vnde sequitur: Ait illis Scitis, quia hi qui videntur prin. gen. do. eis, & prin. eorum po. ha. ipforum. Gentium principes tyranice & dominabiliter ad principatum se ingerant. Sequitur: No ira est autem in vobis. BEDA. In quo docet eum maiorem esse qui minor fuerit, & illum dominum fieri, qui omnium servus sit. frustra igitur aut illi immoderata quaerant, aut isti dolent super maiorum desiderio, cum ad summam virtutum non potentia sed humilitate veniant. Deinde proponit exemplum, ut si dicta parvipendentes, erubescerent ad opera. & dicit: Na & fili. homi. non vt vt ministraret, sed vt mini. & da. ani. suam. redem. pro multis. THEO. Quod maius est, quam ministrare. Cum. n. aliquis pro eo cui ministrat moritur, quid isto potest esse maius & mirabilius? sed tamen ista ministratio & humilitatis descensus gloria eius erat & omnium. Ante. n. q. homo fieret, solum ab Angelis agnoscebatur. Cum autem factus est homo & crucifixus est, non tantum ipse gloriam habet, sed & alios in participatione suae gloriae suscipit, & dominatus est per fidem omni terra. BEDA. Non autem dixit animam suam redemptionem dare pro omnibus, sed pro multis, qui credere voluerint.

Lib. 1. c. 65.

h Et veniunt Iericho. Et proficiscente eo de Iericho, & discipulis eius & plurima multitudo, & filius Timaei Bartimaeus caecus, sedebat iuxta viam mendicans. Qui cum audisset quia Iesus Nazarenus est, cepit clamare, & ad dominum clamantes, caecos dicit esse illuminatos. Lucas autem cum appropinquaret Iericho pari ordine illuminatum ab eo caecum esse perhibet, ubi nemo saltem sapiens putet Euangelistas sibi met contraria scribere, sed alium pleniorem habere, quae alter omisit. Intelligendum est ergo vnum eorum fuisse potissimum, quod ex hoc apparet, quod nomen eius & nomen patris eius Marcus commemoravit. AVG. de Con. Euan. Hinc est ergo, quod ipsum solum voluit commemorare Marcus, cuius illuminatio tam clarum famam huic miraculo comparuit, quam erat nota calamitas. Lucas vero quamvis eodem modo factum: tamen in alio caeco intelligendus est par commemorare miraculum, & eiusdem miraculi modum parem sequitur. Qui cum audisset, quod Iesus Nazarenus est, cepit clamare, & dicere: Fili David Iesu miserere mei. CHR. Y. Filium David vocat caecus dnm, praterentis turbam laudem audiens, ac Prophetarum expectatione completa certificatus. Sequitur: Et comminabantur illum, vt taceret. ORIGENES. Tanquam si dicat: Qui primi crediderant increpabant ei clamant, Fili David, vt taceret & non appellaret eum contemptibili nomine, sed diceret: Fili Dei miserere mei. ille autem non desistit, vnde sequitur: Ille autem magis clama. fili David miserere mei. Cuius clamorem Dominus exaudivit, vnde sequitur: Et stans Iesus pra. illum vocari. Vide autem, quod inferior est caecus, de quo Lucas loquitur, nam nec Iesus eum vocavit, vt Matthaeus dicit, nec iussit eum vocari vt hic dicitur: sed iussit eum ad se adduci, quasi non potentem per se venire. Ille autem caecus ad Imperium domini vocatur, vnde sequitur: Et vocat eum dicentes ei: Anime quior esto: surge, vocat te. Ille autem abiiciens vestimentum venit ad eum. Sequitur: Qui proiecto vesti. suo venit ad eum. Forte vestimentum caeci & mendicantis velamentum intelligitur caecitatis & mendicantis quo fuerat circumdatus, quod abiiciens venit ad Iesum quem appropinquantem Dominus interrogat, vnde sequitur: Et respondens Iesus ait illi: Quid tibi vis faciam? BEDA. Numquid qui lumē reddere poterat, quid vellet caecus ignorabat? Ad hoc ergo requirit vt petatur, ad hoc requirit vt cor ad orationem excitet. CHR. Y. Vel quare, ne. saliquis estimaret quod aliud volenti accipere aliud daret. Etenim consuetudo erat eius voluntatem curandorum vniuersis facere manifestam, & tunc medelam inducere vt alios duceret in zelum, & vt ostenderet eum qui curandus erat gratia dono digne potiri. Sequitur: Caecus autem dixit ei: Raboni, vt videam. BEDA. Parvipendit enim extra lucem caecus aliquid quaerere, quia est habere caecus quod libet pot, sine luce non potest videre quod habet. HIER. Considerans autem Iesus propriam voluntatem, completionem desiderij remunerat. ORIGENES super Matth. Dignus autem est dicere Raboni, vel sicut in alijs dicitur Domine, quam fili David, vnde propter illud quod dixit, fili David, non praestitit ei sanitarum, sed propter hoc quod dicit, Raboni, vnde sequitur: Iesus autem dixit ei: Vade fides tua saluum te fecit. Et confestim vidit, & sequebatur eum in via. THEO. Grata. n. est anima caeci in eo, quod sanus effectus Iesum non relinquit, sed secutus est eum. BEDA. Mystice autem Iericho, quae interpretari dicitur Luna, defectum nostrae mutabilitatis designat. appropinquas dicitur Iericho lumen caeco reddidit, quia veniens in carne & passioni appropinquas, multos ad fidem adduxit. Non. n. primis incarnationis suae temporibus, sed paucis antequam pateretur annis, mysterium verbi mundo exhibuit. HIER. Caecitas etiam ex parte facta Iudaeis illustrabitur in fine qui eis mittet Heliam Prophetam. BEDA. Quod autem appropinquas Iericho vnum illuminavit, ac proficiscens de Iericho duos: hoc intimaui, quod ante passionem suam vni tui populo Iudeorum praedicavit: post resurrectionem vero atque ascensionem suam per Apostolos & Iudaeis & gentibus diuinitatis & humanitatis suae archana patefecit. quod vero Marcus vnum illuminatum scribit, ad gentium salutem respicit, vt eorum quos instruebat ad fidem saluationis figura congrueret. Matthaeus vero qui credentibus ex Hebraeis suum scribit Euangelium, quod in gentium quoque notitiam erat peruenturum, recte duos dicit illuminatos, vt ad vtrique populum fidei gratiam pertinere doceret. Proficiscens igitur dno & discipulis eius & plurima multitudo de Iericho, caecus sedebat iuxta viam mendicans, quia ascendente ad caelos dno & multis fidelium sequentibus: imo cunctis ab initio mundi electis, vna cum illo ianuam regni caelestis ingredientes, mox gentium populus cepit suae illuminationis spem habere, qui mendicant iuxta viam sedens, quia nec dum iter veritatis ingrediens ad hoc pervenire contendit. HIERO. Populus etiam Iudeorum qui scripturam conseruat nec comple: iuxta mensam mendicans esurit. Clamat autem: Fili David miserere mei, quia per meritum Patriarcharum Iudaicus populus illuminatur. Comminantur autem ei multi vt taceret, quia peccata & demonia cōpescunt clamorem pauperis: sed ille magis clamabat, quia ingratum bello, manus ad lapidem adiutorij, hoc est Iesum Nazarenum, cum clamore laudanda sunt. BEDA. Populus enim gentium agnita fama nominis Christi particeps eius fieri quaerebat, cui contradicebant multi primo Iudaei, deinde etiam gentiles, ne illuminandus mandus Christum inuocaret: nec tamen impugnantium furor eos, qui ad vitam erant praordinati valebat salutare priuare. Clamantem autem caecum transiens audiuit, quia per humanitatem suam miseretur est, qui per diuinitatis potentiam mentis nostrae tenebras excludit, quod enim propter nos natus & passus est Iesus, quasi transijt, quia haec actio temporalis est. Stare autem Dei est immutabiliter cuncta disponere, clamantem autem caecum Dominus vocat, cum populo gentium per praedicatorum verbum fidei mittit, qui vocantes caecum anime quior esse & surgere, atque ad Dominum venire praecipunt, cum praedicando in doctis spem eos salutis habere, ac de corpore vitiatorum erigat, quae ad virtutum studia se accingere iubent, proiecto autem vestimento exilire, qui abiectis mundi retinaculis expedito mentis gressu, ad largitorem aeternae lucis properat. HIERO. Venit etiam Iudaicus populus exiliens nudus veteri homine vt hinnulus saliens super montes, quia segnitiam deponens Patriarchas, Prophetas, Apostolos in altis considerans ad superna se extendit, quam conueniens autem est ordo salutis, audiuius primo per Prophetas: deinde clamamus per fidem, postea vocamur per Apostolos, surgimus per penitentiam, eximur per baptismum, interrogamur per voluntatem. Caecus autem interrogatus hoc requirit, vt videat voluntatem dñi. BEDA: Imitemur ergo & nos eum, non diuitias, non terrena bona, non honores a dno: sed lucem quaeramus qua videamus cum solis Angelis possumus ad quam via fides est. Vnde & caeco respondetur: Fides tua te saluum fecit, videt autem & sequitur: Qui bonum quod intelligit operatur, Iesum. n. sequitur, qui bonum quod intelligit operatur, quod imitatur, quod sperari in hoc mundo non luit: opprobria ac irrationes tolerauit. Et quae rerum corporali delectatione

re & dicere: Iesu fili David miserere mei, Et comminabantur illi multi vt taceret. At ille multo magis clamabat, fili David miserere mei. Et stans Iesus praecipit illum vocari. Et vocat eum, dicens ei: Anime quior esto, surge, vocat te. Qui proiecto vestimento suo, exiliens venit ad eum. Et ruidens Iesus dixit illi: Quid tibi vis faciam? Caecus autem dixit ei: Raboni, vt videam. Iesus autem ait illi: Vade. Fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit, & sequebatur eum in via.

lectatione a gaudio interno cecidimus, cu qua amaritudine illuc redeat ostendit. THEO. Dicit autem quod securus est dnm in via. sin hac vita, quia post hanc excluduntur omnes, qui hic eum non sequuntur ad operanda mandata eius. HIERO. Vel via ista est quae dicitur. Ego sum via veritas & vita. Hac est via angusta quae ducit ad ardua hierosolyma, & Bethania ad montem oliuarum, qui est mons Iamnis & consolatio. CAP. XI. H. R. Y. Postquam Dominus suae virtutis sufficientem experientiam dederat, & crux inflabat in ianuis, omnia cum iam maiori agit claritate qua aduersarios infamatur erat: & ideo quis multoties prius ascendit hierosolymam, anq. tunc tantum ex caelestia sicut modo. THEO. Vt si velint valeat gloriam eius agnoscere & per prophetias de eo completas scirent, quod esset Deus. Si vero noluerint, maius fieret eis iudicium, quia tot clara miracula non crederent. huius igitur aduentus claritatem Euangelista describens dicit: Et cum appropinquaret Hiero. & Betha. ad montem oliuarum dicitur, quod est discipulis suis. BEDA. Bethania villula est sine ciuitas in latere montis oliueti, ubi Lazarus est suscitatus a mortuis. Quod autem discipulos miserit & ad quid, ostendit subdens: Et ait illis: Ite in castellum quod est contra vos. THEO. Considera vero quanta dno discipulis praedixerit. Et inuenirent pullum, vnde sequitur: Et stant introeunt illuc inuenietis pullum ligatum super quem nemo adhuc hominum sedit, soluite illum & adducite. Et si impeditur ab accipiendo. Vnde sequitur: Et si quis vobis dixerit, quid facitis? dicite quia dno necessarius est. Et hoc dno permittentur accipere. Vnde sequitur: Et concinno illum dimittet huc. Et sicut dno praedixerat, ita impletur. Vnde sequitur: Et abeunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio, & solunt eum. AVG. de Co. Eua. Matthaeus asinus dicit, & pullum, ceteri autem de asina tacent. ubi ergo vtriusque factum potest intelligi, nulla repugnantia est, nec si alius vnum, alius alium commemoraret, quanto minus moueri oportet si vnum, alius vtrumque commemoraret? Sequitur: Et quidam de illic stantibus dicebant illis: Quid facitis, soluentes pullum? Qui dixerunt eis, sicut praecerat illis Iesus, & dimiserunt eis. THEO. Non autem hoc permittentur: nisi diuina virtus eis incumberet, cogens illos praesertim, quia rurales existentes & coloni permiserunt pullum auferre. Sequitur: Et duxerunt pullum ad Iesum, & imponunt illi vestimenta sua, & sedit super eum. CHR. Y. Non quidem, quod ex necessitate a monte oliueti vsque Hierosalem super pullum ire dnm oportebat, cum Iudaeam & oem Galilaeam pedes perambulauerat, sed signum erat quod seibat. Sequitur: Multi autem vestimenta sua strauerunt in via. Magis autem ad ornatum & ad sacramentum pertinet, quod ad necessitatem. Sequitur: Et qui praebat, & qui sequebatur, clamantes. Ofanna bene qui ve in no. Domini. Multitudo. n. donet corrupta non fuit, cognouit quod congruum erat, propter quod honorificauit Iesum vniuersumque secundum propriam virtutem. vnde laudantes ipsum, hymnum leuiticum assumpserunt dicentes. Ofanna. quod secundum quosdam idem est quod saluum me fac. secundum vero quosdam idem quod hymnus. Estimo autem primum esse verius, nam in 117. Psalmo habetur: O Domine saluum me fac. quod in Hebraico scriptum est: Ofanna. BEDA. Est autem ofanna verbum Hebraicum compositum ex duobus, corrupto & integro. Salua n. quae fuit saluifica apud eos dicitur osy. At vero anna interiectio est deprecantis, quae apud Latinos inuolentis heu. HIER. Ofanna igitur, i. saluifica dicitur, vt homines saluentur ab eo benedicto vincente & veniente in nomine Domini, i. patris sui, quoniam filius de patre nomen suscepit, & pater de filio. CHR. Y. Sic ergo dicit Deo gloriam dicentes: Benedictus qui venit in nomine Domini. Benedictum etiam regnum Christi dicentes: Benedictum quod venit regnum patris nostri David. THEO. Regnum autem David regnum Christi dicebat, & quia de semine David Christus descendit, simulque quia David interpretatur manu fortis, quia fuit mansuetus, nisi dno, cuius manus tot & ta

Lib. 1. c. 66.

lectatione a gaudio interno cecidimus, cu qua amaritudine illuc redeat ostendit. THEO. Dicit autem quod securus est dnm in via. sin hac vita, quia post hanc excluduntur omnes, qui hic eum non sequuntur ad operanda mandata eius. HIERO. Vel via ista est quae dicitur. Ego sum via veritas & vita. Hac est via angusta quae ducit ad ardua hierosolyma, & Bethania ad montem oliuarum, qui est mons Iamnis & consolatio.

CAPVT XI.

T cum appropinquaret Hierosolyma & Bethania ad montem oliuarum mittit duos ex discipulis suis, & ait illis: Ite in castellum quod contra vos est, & statim introeunt illuc, inuenietis pullum ligatum, super quem nemo adhuc hominum sedit: soluite illum, & adducite. Et si quis vobis dixerit, quid facitis? dicite quia Domino necessarius est, & contrinuo illum dimittet huc. Et abeunt, inuenirent pullum ligatum ante ianuam foris in biuio, & sol

uunt eum. Et quidam de illic stantibus dicebant illis: Quid facitis, soluentes pullum? Qui dixerunt eis sicut praecerat illis Iesus, & dimiserunt eis. Et duxerunt pullum ad Iesum, & imponunt illi vestimenta sua, & sedit super eum. Multi autem vestimenta sua strauerunt in via, alij autem frondes caedebant de arboribus, & sternebant in via. Et qui praebant, & qui sequebantur clamabant dicentes: Ofanna, benedictus qui venit in nomine Domini, benedictum quod venit regnum patris nostri David, ofanna in excelsis.

lia miracula operata est? CHR. Y. Vnde & multoties Prophetae David Christum nuncupat, propter originem Christi ex David secundum carnem. BEDA. Legimus autem in Euangelio Iohannis, quia ne facerent eum regem in montem fugit. Nunc autem ubi passurus Hierosolymam venit, non refugit eos, qui se regem nuncupant, vt aperte doceret, quia non temporalis & terreni sed aeterni in caelis Rex et ser Imperij, atque ad regnum per contemptum mortis perueniret. Notandum autem quanta sit consonantia turbae cum voce Gabrielis qui ait: Dabit illi dñs Deus sedem David patris sui, vt. gentem cui David quondam temporalis regni gubernacula p. b. hanc ipse verbis & factis ad regnum celeste vocaret. CHR. Y. Et vltimus dant gloriam Deo cum subdunt: Ofanna in excelsis, i. hymnus & gloria sit vniuersorum Deo, qui est in excelsis. HIER. Vel ofanna, i. saluifica in excelsis & imis, i. vt iusti edificentur in ruinam angelorum, & terreni & subterranei etiam saluentur. Mystice autem appropinquat dno hierosolyma, quae est visio pacis. In qua manet fixa immobilis: felicitas quae secundum Apostolum est omnium credentium. BEDA: Bethania autem domus obedientiae dicitur, quia multos ante passionem suam docendo domum sibi obedientiae effecit, & in monte oliueti postea esse dicitur, quia Ecclesiam vniuersalem spiritualium charitatum, & scientiae pietatisque luce refouit. Misit autem discipulos in castellum quod contra eos erat, hoc est doctores qui indocta orbis loca quasi contra postiri castelli menia euangelizando penetrarent destinauit. HIER. Bini vocantur & bini mittuntur discipuli Christi, quia charitas non consistit cum vno vt dicitur: Veh soli. Duo educunt Hebraeos de Aegypto, duo deportant botrum de terra sancta, vt semper praepositi iungant opus & scientiam, & duo mandata de duabus tabulis proferant, & duobus fontibus abluantur, & de duobus vestibus arcam dñi portent, & inter duos Cherubin Dei cognoscant spiritum & mente psallentes. THEO. Non autem erat eis necessarius pullus, sed eum quaesivit ostendens quod debebat se ad gentilem populum transferre. BEDA. Pullus. n. asinae lasciuus & liber populum nationum significat, super quem nemo adhuc hominum sedit, quia nemo rationabilium doctorum frenum correctionis quo vel linguam cohibere a malo, vel iactantiam vitae ire cogitur vitia suadendo contulerat. HIER. Inuenere autem pullum ligatum ante ianuam foris quia populus gentilis ligatus erat vinculis peccatorum suorum ante ianuam fidei, i. extra Ecclesiam. A. M. B. super Lucam: Vel inuenere eum ligatum ante ianuam, quia extra Christum quicquid est foris est in via, qui autem in Christo est, foris non est in transitu sicut in biuio addidit vbi nullius certa possessio, non praesepe, non alimentum, non stabulum, misera seruitus cui vagum ius est. Plures. n. dominos habet qui vnum non habet. Alieni alligant vt possideant, iste soluit vt teneat. Vehementiora enim dona nouit esse quae vincula. BEDA. Vel recte in biuio stabat, quia non viam certam vitae fidei; tenebat sed plures dubios; fecerant calles sequebatur erroneus. HIER. Vel in biuio, i. in libertate arbitrij dubitans inter vitam & mortem. THEOPH. Vel in biuio, id est in vita hac, solutus est autem a discipulis per baptismum & fidem, HIERO. Quidam autem dicebant, quid facitis? ac si dicerent: Quis potest dimittere peccata? THEO. Vel prohibentes sunt demones, quibus fuerunt Apostoli fortiores. BEDA: Vel magistri errorum, qui venientibus ad salutem gentium doctoribus obstitabant, at postquam fidei dominicae potestas apparuit credentibus aduersariorum quarellis, liber creditum populum ad Dominum quem corde portaret adducebant. Vestimenta autem Apostolorum quae illi imponunt, vel doctrina virtutum vel discretio scripturarum vel Ecclesiasticorum dogmatum varietates intelligi possunt, quibus illi corda hominum ante nuda & frigida quae Christo fessore digna fiant operiunt. HIER. Vel imponunt vestimenta sua, id est stola: primam immortalitatis per baptismum sacramenta afferunt. Sed etiam Iesus super eum, id est in eis regnare cepit, vt non regnet peccatum in laetitia carne: sed iustitia & pax & gaudium in Spiritu sancto. Multi autem strauerunt vestimenta sua in via sub pedibus pulli

Casten. Aur. S. Thom. Q. 2 pulli



pulli asinae. Qui sunt pedes, nisi extremi qui portant quod ad iudicandum constituit. Apollolus? qui & ipsi, est non sunt dorsum in quo sedet Dominus: tamen cum milibus a Iohanne instruant. B E D A: Vel multi vestimenta sua in via se iununt, quia sancti martyres proprie se carnis amici exuentes, simplicioribus Dei famulis viam suo sanguine parant. Multi etiam vestimenta sua in via sternunt, quia corpora sua per abstinenciam domant, vt Dei iter ad montem parent, vel exempla bona sequentibus prebeant. Frondes autem vel ramos de arboribus cedunt, qui in doctrina veritatis semina patrum de eorum eloquio capiunt, & hoc in via Dei ad auditoris animum venientis, humiliter predicatione submitunt. T H E O P H. Sternamus & nos viam vite nostrae cedentes ramos de arboribus, i. sanctos imitantes. Nam arbores sancti sunt, de quibus ille ramos dedit, qui virtutem imitatur eorum. H I E R. Iusti. n. vt palma florebit, angusti radicibus, lati in floribus & fructibus, qm bonus odor Christi sunt. Sternunt viam mandatorum Dei bona fama, qui praebant, prophetae sunt, & qui sequebantur, Apostoli. B E D A: Et quia omnes electi, siue qui in Iudaea esse poterant, siue qui nunc in Ecclesia existunt, in mediatorem Dei & hominum crediderunt & credunt. Qui praevit & qui sequuntur Osanna clamabant. T H E O P H. Sed & qui praevit, & qui sequuntur nostrorum actuum ad laudem sunt Dei. Quidam enim in praeterita vita bonum fecerunt initium, sequens vero non est vt prior, neque in laudem Dei finita.

b B E D A: Appropinquante tempore passionis, appropinquare voluit Dns loco passionis, vt per hoc intimaret quia suam sponte mortem subiret. vnde dicitur: Et introiit hierosolimam in templum. Quod autem ingressus civitatem primo templum adiit, formam nobis religionis quam sequamur praemonstrat, vt cum forte quemlibet locum in quo sit domus orationis intramus, primo ad hanc diuertamus. Hoc quoque intelligendum est, quod tantum Dominus fuerit paupertatis, & ita nulli sit adulatus, vt in vrbe maxima nullum hospitem, nullam inuenerit mansionem: sed in agerulo parulo apud Lazarum fororesque eius habitaret. eorum quippe vicus Bethania est. vnde sequitur: Et circumspexit omnibus, si quis eum hospicio susciperet. Cum iam vespera esset hora exiit in Bethaniam cum duodecim. Non hoc semel fecit: sed per omnes quinque dies, ex quo hierosolimam ascenderat vsque ad tempus passionis hoc ipsum semper agere solebat, vt per diem in templo doceret, nocte vero exiens moraretur in monte oliueti. Sequitur: Et alia die cum exiret a Bethania esurijt. C H R Y. Qualiter autem mane esuriebat vt Mattheus dicit, nisi quia dispe fatiue hoc carni suae concessit? Sequitur: Cumque vidisset a longe ficum habentem folia, venit siquid forte inueniret in ea. Manifestum est autem, quod hoc secundum suspicionem discipulorum dicitur, qui aestimabant propter hoc Christum ad ficulneam accessisse, & propter hoc ficulneam ipsam maledictam esse, qm in ea fructum non inuenit. Nam sequitur: Et cum venisset ad eam, nihil inuenit praeter folia. Non enim erat tps ficorum. Et respondens dixit ei: Iam non amplius in aeternum quisq ex te fructum manducet. Maledicit ergo ficulneam propter discipulos vt confidant. Quia enim vbiq beneficia tribuebat, nullumq puniebat, oportebat autem eius punitiue virtutis demonstrationem praebere, vt discerent qd posset etiam Iudaeos persequentes ficcare, noluit hoc demonstrare in hominibus, vnde in plata sua punitiue virtutis praebuit signum. vnde ostenditur, qd principaliter propter hoc ad ficulneam venit, non propter esuriam. Quis nam in scius est, qd matutino tempore tali stimularetur esurie, aut quid est quod impediret eum comedere anrequam domum exiret? Neque potest dici qd visio fructus excitauit in esuriam appetitum: non enim erat ficorum tempus. Sed si esuriebat, cur de alio comedere non querebat, sed de sicu fructus ante tempus tribuere non valente? Quia etiam poena erat dignam ficum fructum non habere ante tempus? Ideoq ex his sufficienter syllogizari potest, quod propria volebat demonstrare virtutem, vt non frangeretur animus in eius passione. T H E O. Volens ostendere discipulis, quod si vellet hos qui crucifixuri erant ipsum, in momento posset exterminare. Mylice autem Dominus

introiit in templum, sed rursus exiit, ostendens quod ipsum relinqueret desertum & in rapina. B E D A: Circumspicit autem omnia corda, & cum in contradicentibus veritatem, non inuenit vbi caput reclinet, sed ead ad fideles, & in eis qui obediunt mansionem facit. Bethania namque, domus obedientiae dicitur. H I E R O N Y. Mane autem ad Iudaeos venit, atque nos in vesperam mundi visitat. B E D A: Sicut autem parabolis loquitur, ita & operatur ideo esuriens in ficum fructum quaerit, cuius nondum tempus esse nouit, & tamen eam perpetua sterilitate damnauit, vt ostendat plebem Iudaeorum propter folia, i. verba iustitiae quae habebat sine fructu, id est bono opere non posse saluari, sed scindit & in ignem mittit. Esuriens ergo, salutem humani generis desiderans, vidit ficum, id est Iudaeum habentem folia, id est eloquia legis & prophetarum, & quaerit in ea fructum boni operis, docendo, corripiendo, miracula faciendo, & non inuenit: & ideo damnauit. Tu quoque si non vis damnari a Christo in iudicio, arbor sterilis esse caueo. sed potius pauperi Christo fructum pietatis quo indiget, offer. C H R Y S O. Est autem & aliter dicere, quod Dominus ante tempus fructum quaerit in ficu, & non inueniens maledixit, quia omnes qui mandata legis adimplent, isti suo tempore fructificare dicuntur, sicut est illud mandatum, Non mechaberis. Qui autem non solum non mechatur sed permanet virgo, quod est magis, virtutibus excedit. Dominus autem a perfectis non solum exigit vt virtutes obseruent, sed supra mandata fructificent. c B E D A: Quia maledicendo ficum, in fructum suam per figuram Dominus fecit, hoc idem mox aperius ostendit eiendico improbos de templo. Ficus enim non peccauit si ante tempus fructum non habuit: sed Sacerdotes. vnde dicitur: Et veniunt hierosolimam. Et cum introisset in templum, cepit euicere vendentes & ementes in templo. Et quidem credendum est, quod ea tantum vendi vel emi reperit in templo, quae ad ministerium templi necessaria essent. Si ergo ea quae alibi libere geri poterant, Dominus in domo sua temporalia negotia geri non patitur, quanto magis per ea quae nunquam fieri licet, plus caelestis ire merentur, si in adibus Deo sacras aguntur? Sequitur: Et mensas nummulariorum. Nummularios enim genus aris minuit est. Sequitur: Et cathedras vendentium columbas euertit. B E D A: Quia Spiritus sanctus in columba super Dominum apparuit, rege per columbas Spiritus sancti charismata designantur. Columba igitur venditur, quando manus impositio per quam Spiritus sanctus recipitur, ad precium prebetur. Cathedras autem vendentium columbas euertit, quia qui spirituales gratiam venundant, vel ante homines vel ante Dei oculos Sacerdotio priuantur. T H E O P H I. Sed & si quis baptismatis gratiam & puritatem tradiderit demoni per peccatum, suam columbam vendidit, & propter hoc foras de templo euicitur. Sequitur: Et non sine vt quisqua transfer, vas per templum. B E D A. De vasis illis dicit, qui mercandi gratia inferebantur. Ceterum, abis vt vasa Deo dicata Dominus euiceret de templo, vel introferre prohiberet in templum, vbi futuri examinis praetendit exemplum, quia de Ecclesia repellit reprobos, & ne vltra ad interurbendam Ecclesiam intrent, aeterno eos verberare compescit. Sed & peccata quae cordibus fidelium inerant, diuinitus immunda compunctio tollit, & ne vltra repetantur, diuina in eis gratia adiuar. Sequitur: Et docebat eos dicens: Nonne scriptum est, quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis gentibus? H I E R O N Y. Iuxta Isaiam: Vos autem fecistis speluncam latronum iuxta Hieremiam. B E D A: Omnibus inquit, gentibus non vni genti Iudaeae, nec in yno Hierosolymae vrbs loco: sed in toto orbe terrarum: Et nequaquam taurorum & hircorum & arborum, sed orationis. T H E O P H I L V S. Speluncam autem latronum templum nominat propter lucrum. Genus namque latronum ad lucrum se congregat. Quia ergo illa animalia quae ad sacrificium oblata erant causa lucri vendebant, latrones ipsos dixit. Ad hoc enim in templo erant, vel vt non dantes corpo-

Lib. 2. c. 67.

Lib. 2. c. 28.

Lib. 2. c. 68.

tes corporaliter persequerentur, vel dantes spiritualiter necaret. Templum etiam & domus Dei mens est & conscientia fidelium, quae si in leuione proximi peruersas cogitationes proferit, quasi in spelunca latrones resident. Ergo mens fidelium, spelunca latronis fit, quando relicta simplicitate sanctitatis, illud conatur agere, quod valeat proximis nocere. AV G. De Co. Euan. Iohannes autem longe diuerso ordine hoc narrat. vnde manifestum est non semel, sed iterum hoc esse a Domino factum, sed illud primum commemoratum a Iohanne, hoc vltimum a caeteris tribus. T H E O. Quod etiam est in maiore redargutionem Iudaeorum, quia cum dominus hoc toties fecerit, ipsi minime se correxerunt. AV G. de Con. eu. In hoc etiam Marcus non eadem ordinem tenet, cum Mattheo, sed quia Mattheus ita connectit: Et relicta illis abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam, vnde mane reuertentem in ciuitatem, arbori maledixit commemorat, probabilius creditur ipse potius tenuisse ordinem temporis de vendentibus & ementibus euictis de templo. Praetermisit ergo Marcus quod prima die factum est, cum intravit in templum, & recordatum interposuit, quod dixisset qd non inuenit aliquid in ficulnea praeter folia, quod secundo die factum est, sicut ambo testant. G L O. Quem autem esse quod correctio Domini in ministris templi habuerit, ostendit Euangelista cum subdit: Quo audito Principi. Sacer. & Scri. que quomodo eum perderent. Secundum illud Amos: Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfecte abominati sunt. Ad hoc autem tam iniquo proposito ad tempus solo timore traherantur. vnde subditur: Timebant enim eum quoniam vniuersa turba admirabantur super doctrina eius. Erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut Scriba eorum & Pharisei, vt alibi dicitur. c H I E R O. Relinquens diuis post se tenebras in Iudaeorum cordibus, vt Sol egrediebatur de ciuitate ad aliam quae est venulo & obediens. Et hoc significatur cum dicitur: Et cum vespera esset facta egrediebatur de ciuitate. Sed occidit Sol, & oritur Sol. luc enim ablata a scribis, lucet in Apostolis: vnde in ciuitatem reuertitur, propter quod subditur: Et cum mane transirent, in ciuitatem euntes, viderunt ficum arida facta a radicibus. T H E O. Quod miraculum magnum viderunt in hoc, qd tam humida & viderunt arborem ficauerit. Quia autem Mattheus dicit ficulneam continuo arefacta, & quod videntes discipuli admirati sunt, non admireris si nunc a Marco audis ficum in crastinum arefacta videri discipulos. Nam sic intelligendum est hoc quod dicitur a Mattheo, qd non statim viderunt sed in crastinum. AV G. de Con. Euan. Intelligitur autem non tunc aruisse quando viderit, sed continuo quando maledicta est, neque enim arefacta, sed penitus arefactam viderunt, ac sic eam continue in verbo Dni aruisse intellexerunt. H I E R O. Ficus autem arida a radicibus, synagoga est a Caym, & a caeteris a quibus omnis sanguis ab Abel vsq; ad Zachariam requiritur. B E D A. A radicibus autem arefacta est ficus, vt ostenderetur gens impia, non ad tps vel ex parte corripienda externorum incurribit, & per pnia liberanda sicut saepe factum est: sed aeterna damnatione ferienda. vel arefacta est a radicibus, vt ostendatur non solum humum extrinsecus, sed diuino intus fauore funditus desituerunda. Nam & vitam perdit in calid, & patriam in terris. H I E R. Petrus autem agnoscat aridam & abscisam radicem, cui fecerit oliua fructifera pulchra vocata a Dno. vnde sequitur: Et recor. Petr. dixit ei: Rabbi, ecce ficus cui maledixisti, & aruit. C H R Y. Quod autem Petrus & alij discipuli mirati sunt, non erat perfectae fidei: non enim magnum erat hoc Deo, quia ergo non manifeste nouerant eius virtutem, eorum ignorantia fecit eos in admiratione prospere, & ideo subditur: Et rident Iesus ait illis: Habetis fidem Dei. Amen dico vobis, quia qui di huius monti, qd. d. Non solum licet siccare poteritis, sed & montem iustum ac praecipit transfutare. T H E O. Mirare autem diuinam misericordiam qualiter nobis appropinquantibus ad eum per fidem, miraculorum virtute

tem condonat quam ipse possidet per naturam, intantum vt etiam montes transfutare possimus. B E D A. Solent autem gentiles, qui contra Ecclesiam maledicta scribere impropere nostris, quae non habuerunt plenam fidem Dei, qui nunquam montes transferre poterunt. Quibus respondendum est, non omnia scripta esse quae in Ecclesia sunt gesta, sicut & de factis ipsius Christi scriptura testatur. Fieri autem potuit, si necessitas id fieri postulasset, quomodo factum legitimus praebuit beati patris Gregorij Neocaezae Pontificis, & virtutibus eximij, vt mos in terra tantum loco cederet, quantum incolae ciuitatis opus habebant. C H R Y S O. Vel aliter. Sicut ficus non propter se ficauit, sed in signum Hierusalem ad arefactionem peruentura, & ad demonstrationem virtutis suae, sic intellegendum est & de pmissione quae est circa montem, quoniam huiusmodi transfuratio non sit impossibilis secundum Dei virtutem. H I E R O. Christus igitur qui est mons crescens de lapide absciso sine manibus, tollitur & mittitur in mare, quando Apostoli dicunt: Digne transferamur ad gentes alteras, quia vos indignos iudicatis audiendi verbum Dei. B E D A. Vel quia montis nomine diabolus significatur propter superbiam, mons ad praecipit eorum qui, fortes sunt in hie tollitur de terra, & in mare proicitur, cum praedicantibus verbum Dei doctoribus sanctis, immundus spiritus ab eorum corde repellitur, qui ad vitam sunt praordinati, & in turbulentis amarisque infidelium mentibus vesaniam suae tyrannidis exercere permittitur. In quo tanto acrius desuit, quanto amplius se dolera lesione priorum fuisse depulsum. Sequitur: Propterea dico vo. omnia quae ora. pe. cre. quia acci. & ve. vob. T H E O. Qui enim ex affectu credit, manifestum est quod in Deum erigit cor suum & illi coniungitur, & certificatur cor eius calefactum quasi suam petitionem iam consecutum, quod quidem intelligibile est ei qui passus est hoc, & nihil quidem videtur illos hoc pati, qui mensuram & modum attendunt. propter hoc Dominus dicit, quod omnia accipietis quaecumq; fide petieritis. Qui enim credit se totum disponi a Deo, cum lachrymis intercedens, & quasi Domini pedes in oratione tenere se cogitans, quae iuste postulat consequatur. Vis autem & aliter quae petis accipere? dimitte si quid contra te peccauerit frater tuus. Et hoc est quod subditur: Et dum sta ad orandum di. siquid ha. aduer. aliquem, vt & pater vt qui in calis est di. vo. pec. via. H I E R. Septem versus orationis dicit Marcus suo more in vna oratione comprehendit. Is autem cui dimissa sunt omnia peccata quid amplius rogabit, nisi vt perseueret in eo quod obtinuit? B E D A. Notanda est autem distinctio de praecantium, qui perfectam habet fidem quae per dilectionem operatur, ille orando vel etiam iubedo pot transferre montes spirituales, quos fecit Paulus de Helima mago, qui vero tantum vestigium perfectionis necdum conscendere quaerit, postulent sibi peccata dimitti, & impetrabunt: si in se peccata alijs primo ipsi dimittant. Sin autem hoc facere contemnerit, non solum oratio virtutes facere, sed nec suorum possunt veniam consequi peccatorum. Et hoc est quod subditur: Quod si vos non dimiseritis nec pater vester qui in calis est, di. vo. pec. vestra. c T H E O. Quia dms de templo eiecerat eos, qui templum quasi tabernaculum venalium faciebant, irati fuerant: & ideo accedunt vt interrogent & tentent. vnde dicitur: Et veni. rur. Hiero. & cum ambu. in te. acad eum sum. Sa. & Scri. & se. & di. illi. In qua po. hac facis, & quis de. ti. po. vt ista facias? q. d. Quis es tu qui talia facis? Niquid doctorem te constituitis, & te ordinas principem Sacerdotum? B E D A: Et quidem qd dicunt: In qua parte hac facis de Dei dubitant parte, & subintelligi volunt diabolice quod facit. Addeas quoque, Quis dedit tibi hanc potestatem? manifestissime Dei filium negant, quem putant non fuis, sed alienis viribus signa facere. T H E O P H. Hac autem dicebant, eredentes ipsum in iudicationem reducere, vt si diceret: In potestate mea, ipsum tenerent. Si autem diceret: In potestate alterius, ab eo

Euseb. lib. 7 hist. c. 25.

Car. aur. S. Thom. Q 3 dice de re